

# Polona Decimarum

**Reu Pater**

Alias a Sacra Congregatione Concilij emanauit decretum tenoris infra scripti

S. 1.  
Decretum Sacrae Congregationis 17. Iulij 1645.

In causa decimarum Regni Poloniae die 17. Iulij 1645. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum iterum atq; iterum auditis Regularibus & praecipue Patribus Societatis Iesu eorumq; Iuribus, & privilegijs mature discussis censuit ab eisdem Patribus, & alijs Regularibus soluendas esse Parochis, & alijs Beneficiatis Regni Poloniae Decimas quae soluebantur a Laicis, priusquam bona in ipsorum Patrum, & aliorum Regularium proprietatem fuerint translata firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis, quod decretum emanauit prauia exhibitione facta ab ipsis Patribus, cui etiam decreto postea consenserunt prout agens Cleri Regni Poloniae die vero 31. Iulij 1645. Sanctiss. D. N. Eminentiss. D. Cardinali Praefecto referente in Consistorio approbauit.

Super qua a parte aduersa fuit obtenta confirmatio per litteras Sanctiss. D. N. in forma solita die 21. Februarii 1646. & super omnibus eulgata est interpretatio cum diuersis declarationibus, ampliationibus, & extensionibus nominatim Marchiea unica in libello Cracouiae impresso de anno praesenti 1647.

S. 2.  
Interpretatio Marchieuski.

Sed quia eius est interpretari, cuius est condere leges *l. fin. C. de legibus.* ibi leges interpretari solb dignu imperio esse oportet, vnde superbia notantur contrarium facientes, ibi quis tantae superbiae fastidio tumidus est. *Sec. et cap. inter desensen. excommuni. 22. Vigitur.* Vnde ius prodijt Interpretatio quoque procedat, maxime cum tangatur materia priuilegiorum Sedis Apostolicae, quae a sola ipsa Sede interpretantur *ad tex. in c. cum uenissent de Iudicijs.* Ideo ne huiusmodi Marchieuski interpretatio negotium maius faciat, & de litibus lites oriantur, ac lites fiant immortales, materia est amputanda *l. propeandum. C. de Iudicijs,* & lites, ac interpretationes sunt potius restringendae quam relaxandae, nonnulli ubi gloriatur lites restringendae de Rescriptis Pro parte Patrum Societatis, ac aliorum Regularium instati debet apud Illust. S. S. D. Nuncium dictarum litterarum executorem, ut ad eandem litterarum executionem procedat, procedique mandet,

S. 3.  
Beti debet Interpretatio a Sacra Congregatione.

A & iubeat

& inbeat iuxta, & secundum eandem litterarum tenorem, & formam, nullo habito respectu ad interpretationem, & extensionem MarchienisKi. Quod si Illustrissimus ipse Nuncius aliqua in super his difficultatem haberet, super hoc supplicandus est, ut Sacram consulat Congregationem, & ne prefatus MarchienisKi liber negocium faciat in presentibus ponitur origo interpretationis MarchienisKi, & illius ampliatio, & extensio, & ex illius confutatione apparebit vera decimarum Clero concessam specificatio, ex qua quidem specificatio precludetur via impostum litigandi *gl. in c. conuersione. in vtr. specificatio de offic. lnd. ordin.*

S. 4.  
Origo prioris  
libelli ex ad-  
uerso euulgati

Orta fuit in partibus differentia inter Collegium Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli Societatis Iesu Cracouen. & Parochum loci Golambie super iure decimandi bona ad Collegium prefatum spectantia ex persona P. Alberti MencziasKi Societatis Iesu, que quidem differentia coram laicis ab Aduersario agebatur a quibus etiam idem Pater, licet Regularis fuit ab non preteritam solutionem de more Regni Bannitus, sed Deus Omnipotens, qui sua providentia malum in bonum conuertit, ut Dionysius ait *cap. 4. par. 4. in fine de diu. nom.* hoc bannimentum in gloriam illius Patris conuertit, Patria nam que cedens ad missiones in Indias destinari curauit, & ibi in odium fidei de anno 1643. Nangasachi in bouca capite verso suspensus, & post septem dies decapitatus, & combustus eius cineres in mari deiecti fuerunt die 23. Martij.

Deuoluta autem hac causa ad Sacram Rotam coram R. P. D. Cerro precedentibus duabus decisionibus per sententiam definitam ad fauorem Patrum fuit conclusa, subsequens etiam executorialibus in vim illius, & rei iudicatae legitime relaxatis, ut ex ipsis decisionibus sententia, & executorialibus, que dari possunt apparet.

Aduersarius iustitiam Cause non curabat, sed tantum bonum illius Patrum tergiversari studebat, & dilationes procurabat; Unde Rotam licet sepe citatus informare noluit, sed causa iam completa curauit libellum contra resolutiones Rotales a Ioanne MarchienisKi euulgari, qui quidem quantum ualeat suo tempore apparebit, nec enim Patres, aut eorum Aduersarius, qui in itinere equitando summi dicit composuisse libellum.

Interim occasione Synodi Provincialis cuius confirmationem **S. 5.**  
Clerus Poloniae à Sanctis. D.N. & Sacra Congregatione C6- Origo decreti  
cilij exposcebat nacta est quæstio decimarum in ipsa Sacra- Sacre Congre-  
Congregatione; in Synodo enim erat decretum tenoris se- gationis.

Decimas de suis bonis Ecclesiasticis Regulares, & Mendicantes **S. 6.**  
tam de antiquitus possessis, quam de recens acquisitis, & im- Decretum Sy-  
posterum acquirendis, quibus debentur solvere, ac reddere nodi Provincia-  
tenentur ordinat Synodus sub pœnis in statuto Provincia- cialis cuius cõ-  
lib. 5. cap. 29. & in Constitutione Gembiciana tit. de decimis firmationem  
specificatis. Clerus pete-  
bat.

Et nihilominus inter Constitutiones Regni Poloniae, quæ publi- **S. 7.**  
cæ fuerunt in concilijs generalibus de anno 1635. inter alias Constitutio  
vna reperitur tenoris sequentis, vti sopiatur differentia, quæ Regni Polo-  
inter ordinem Equestrem, & Ecclesiasticos de decimis ex niz.  
bonis nobilium intercedit, si quidem in omnibus Diocesisibus  
non potest statui generalis compositio propter inæqualitatem  
fundorum, & agrorum habito expresso Sanctæ Sedis Aposto-  
lica consensu statumus, vt quilibet ipsorum in sua Diocesi  
(in qua decimæ solvuntur) compositiones de consensu Recto-  
rum factas, & faciendas iuxta antiquos contractus, & quie-  
tationes approbet temporibus perpetuis, & si quis Ecclesia-  
sticorum noluerit componere obligabitur loci ordinarius ad  
instantiam cuiusvis nobilis assumptis duobus de suo Capitulo  
nobili genere natis componere talem differentiam in quotam  
pecuniaria, & nõ obstante refragatione Ecclesiastici terminare  
Sacra vero Congregatio interuenientibus Religiosis cum suis  
Privilegijs noluit omnino confirmare decretum Synodi, prout  
sonabat, & nihilominus, quia Patres pro bono pacis, & ad tol-  
lendas aduersariorum obiurgationes quasi per ipsorum non-  
solutionem desolarentur Ecclesiæ Parochiales dabant manus  
pro solutione ad formam antiquorum contractuum, & quie-  
tationum iuxta Constitutionem Regni supra expressam, ideò  
obligauit Regulares ad soluendum decimas, eo modo quo  
soluebantur à Secularibus ante quã bonæ peruenirent ad Re-  
gulares, vt vidimus decreto S. I. & hoc sine præiudicio tran-  
sactionum desuper factarum, quas transactiones non solum  
Patres non negarunt, sed immò voluntariè producerunt, &  
solutioni in terminis earum consenserunt, vt patet ex vltima  
parte dicti decreti eodem S. I.

**S. 8.**  
Cõsensus Re-  
gularium pro  
decreto Sacre  
Congregatio-  
nis.

**S. 9.** **Hic sic** **libellus** **idem** **Ioannes** **MarchieuisKus** **secundum** **libellum** **pro** **interpretatione** **decreti** **Sacrę** **Congregationis** **eul-**  
Secundum libellum MarchieuisKi.

**Decretum** **Cleri** **Secularis** **in** **iudicio** **Sacrę** **Congregationis** **Eminentissimorum** **Concilij** **Tridentini** **Interpretum** **contra** **exemptionem** **Patrum** **Societatis** **Romę** **vindicata**, **tandem** **in** **Regno** **Poleſię** **per** **Ioannem** **Marchieuič** **I. V. D. &c.** **antea** **de-**  
ſentia, **nunc** **ad** **effectum** **executionis** **debitę** **accommodata**.

**S. 10.** **In** **ipſo** **autem** **libello** **num. 1. & 2.** **ponit** **exemptionem** **Patrum**, **ſuiſſe** **olizā** **Summis** **Pontificibus** **privilegiā**, **&** **ā** **Sacrę** **Rota** **canonizatā**, **ſed** **Sanctiſſimum** **D. N.** **mediantibus** **rationibus** **ipſius** **Marchieuiſti**, **iterum** **in** **Sacrę** **Congregatione** **propoluiffe** **negotium**, **&** **ad** **favorem** **Cleri** **ſuiſſe** **deciſum** **ex** **inde** **uſq;** **ad** **numerū** **13.** **ponit** **tenorem** **Breuis**; **n. 14.** **cum** **duobus** **ſequentibus** **aſſerit** **decretū** **Congregationis** **legem** **eſſe**, **&** **ideo** **executioni** **demandādā**, **in** **n. 17.** **promouet** **dubitationem**, **an** **ad** **pręteritā** **reuocetur**, **&** **ā** **num. 18.** **uſque** **ad** **n. 21.** **reſpondet** **non** **ſolum** **eſſe** **pro** **ſuturis**, **ſed** **etiām** **ad** **pręteritā** **trahi**. **num. 23.** **excitat** **aliām** **dubitationem**, **an** **litterę** **ex** **quorū** **ſacris** **Sacrę** **Rotę** **in** **cauſa** **Cracouię**. **decimarum** **de** **Columbia** **relaxatę** **ſint** **timendę**, **&** **ā** **num. 24.** **uſq;** **ad** **n. 27.** **reſpondet** **non** **eſſe** **timendās**, **ſed** **hoc** **decreto** **ſuiſſe** **reuocatas**. **in** **num. 38.** **excitat** **tertiam** **difficultatem**, **an** **ex** **quo** **Sacrę** **Congregatio** **iuſſit** **regulares** **ſoluere** **decimas** **ad** **formę** **ſolucionum**, **quas** **antea** **ſaciebant** **laici**. **Si** **laici** **non** **extradabant** **manipulares** **teneantur**, **nec** **ne** **Regulares**, **&** **ā** **nu. 39.** **uſque** **ad** **num. 42.** **reſpondet** **Regulares** **teneri** **non** **ſolum** **ad** **ea**, **quę** **ſoluebant** **laici**, **ſed** **etiām** **ad** **manipulares**, **licet** **ā** **laicis** **non** **extraderentur**. **in** **num. 43.** **excitat** **ultimam** **difficultatem**, **an** **ex** **quo** **Sacrę** **Congregatio** **pręſeruat** **Concordias** **illę** **cōcordię** **ſeruati** **debeant**, **&** **ā** **num. 44.** **uſque** **ad** **58.** **reſpondet** **non** **eſſe** **ſeruandas**, **quia** **de** **iure** **non** **ſubſiſtunt**, **&** **in** **tribus** **ultimis** **numeris** **concludit** **numquamque** **pro** **executione** **ad** **Ordinarium** **propriū** **recurrere** **debere**, **&** **de** **victoria** **cauſa** **triumphat**.

**S. 11.** **Quantum** **u** **aleat** **hic** **libellus** **apparebit** **poſt** **conſutationem** **Pri-**  
Reſponſo ad aliquas Concluſiones Marchieuiſki. **ſis**, **ceterum** **in** **pręſenti** **breviter** **dico** **ex** **decreto** **Sacrę** **Congregationis**, **aut** **litteris** **Apoſtolicis** **deſuper** **emanatis** **non** **poſſe** **colligi** **illas** **concluſiones**, **quas** **vti** **indubitatas** **MarchieuiſKus** **ſupponit**, **&** **licet** **mulę** **ſint**, **eaſ** **tamen** **Nos** **ad**

ad senarium vii presertim numerum reducimus. **S. 12.**  
Sic igitur prima conclusio Decretum Sacre Cōgregationis non  
abrogavit Privilēgia Patrum Societatis, aut aliorum Regula-  
rium; circa exemptionem, quam habent a decimis, nec præ-  
indicavit resolutionibus Rotalibus de super factis, vel supponit  
Adversarius *nom. x. sed in partibus tantum ibi expressis illis*  
derogavit.

**S. 12.**  
Prima Con-  
clusio.

Nota est enim differentia inter abrogationem & derogationem  
ex *abrogatur ff. de verb. signific.* quia derogare est parti legis  
detrahere, abrogare autem est totam legem prorsus tollere. Nos  
fateamur privilegia Patrum, & Regularium ex parte fuisse de-  
rogatum, nempe in eo, quod obligantur ad solvendum id  
quod ante solvebant laici, & id ad quod concordatum est  
cum Rectoribus, ut decretum sonat: negamus tamen ex hoc  
abrogata esse eorum privilegia, quia de cetero remanserunt  
exempti, & vigore eorundem privilegiorum non possunt cogi  
ad solvendum quicquam præter quam, id ad quod set per  
concordias obligarunt, vel ubi non sunt concordie, id quod  
solvebant laici antequam ad ipsos Regulares bona perveni-  
rent.

**S. 13.**  
Privilegia Re-  
gularium non  
fuerunt abro-  
gata.

Et hoc iure merito, quia leges ex duplici capite abrogari possunt,  
vel per similem legislatoris legem, vel per consuetudi-  
nem, seu consuetudinem generalem *ad rex. in l. de quibus in fi-  
ne ff. de legibus*, & eodem modo in casu nostro abrogata sunt  
privilegia Patrum.

**S. 14.**  
Leges dupli-  
citer abrogari  
possunt.

Non quidem primo modo, quia nec Sacra Congregatio, nec  
Sanctissimus hæc abrogationem in præfatis litteris, aut  
decreto nominavit, aut cogitavit, non obstant derogationes  
in Breui appositæ, quia vulgare, ac tritum est, derogationes  
semper restringi ad subiectam materiam quia non sunt ad au-  
gendum, sed ad exequendum *ad text. in Clem. 1. in fin. de Præ-  
bendis*, & Breue ipsum restringitur ad decretum Congrega-  
tionis, quod confirmat: confirmatio enim, nihil dat, sed da-  
tum, ac concessum corroborat, & non extenditur, sed tan-  
quam accessorium intra limites sui principalis restringitur: ad  
*rex. in cap. Inter dilectos meus. siem, ubi gloss. verb. confirmari &  
u er. nec accessorium de fide Instrumenti*. Ac in ipso Breui cauetur.  
Nec etiam obstat, quod in decreto Sacre Congregationis fiat  
mentio privilegiorum Societatis, quia exinde non potest in-

**S. 15.**  
Privilegia Re-  
gularium non  
sunt abrogata  
per Breue Sa-  
ctissimi, licet  
videatur illis  
contrarium.

**S. 16.**  
Nec decreto  
Sacre Cong.

ferri, quod sint abrogata, sed tantum, quod sint in aliqua parte moderata, & eis in iis, quæ ibi exprimentur derogatum; imò subsistunt privilegia integra de nō soluendis decimis quæ non soluebantur ab Antecessoribus laicis: alias simpliciter derogatum fuisset; Privilegia Patribus nō suffragari, sed cogendos esse ad solvendum illis, non obstantibus, & non fuisset consideratus consensus Patrum ante relationem factam Sanctissimorum: hoc enim decretum processit potius per modum transactionis, quam per modum legis, ut in puncto secundo dicemus, & Privilegia Patrum Societatis habent clausulas tales, ut eis sine expressa derogatione simpliciter derogatum non intelligatur; sed in hoc non urgemus, quia notissimam habemus Sacre Congregationis intentionem, quæ nunquam de hac privilegiorum abrogatione cogitavit, ut diximus.

**§. 17.** Nec etiam secundo modo potuerunt abrogari Privilegia Societatis, hō est per vniuersalem consuetudinem, vel disuetudinem, quia licet populus possit abrogare legem in terminis *gloss. l. de quibus causis vers. abrogentur ff. de legibus* non potest tamen in terminis Constitutionum Apostolicarum ad tradita per *gloss. in cap. in istis §. leges uerbo abrogata*, quia cum eius sit abrogare cuius est condere leges, licet Populi consensus leges aliquas Equiles possit constituere secus tamen est in sacris Canonibus, & Constitutionibus Pontificijs in quibus tota potestas residet in Pontifice excitata *gloss. que pro simili adducit l. 1. ff. de Constit. Principum.*

Sed omnis euenitur difficultas in casu nostro, quia non solum non adest consuetudo contraria Privilegijs Patrum, sed totum oppositum adest consuetudo generalis, & vniuersalissima pro ipsis privilegijs, ut apparet ex resolutionibus Rotalibus ab ipso Aduersario concessis, & sic firmatur per decretum Sacre Congregationis, & beneplacitum apostolicum non fuisse euacuata, & abrogata privilegia Patrum, sed tantum illis in ibi expressis derogatum.

**§. 18.** Secunda Conclusio decretum Sacre Congregationis, & Breue Sanctissimæ non emanauit per modum legis vniuersalis, quæ trahi possit ad præterita contra assertiones aduersarij in Respon- sione ad primam dubitationem.

**§. 19.** Hoc colligitur ex necessaria consequentia ad definitionem privilegij, quod quidem dicitur Ius singulare à Principe ob utilitatem aliquã introductum *l. ius singulare ff. de legibus*, & talia sunt

Consuetudo vniuersalis Poloniz non est contra privilegia Patrum.

Secunda Conclusio.

Decretum Sacre Congregationis est lex particularis.

sunt priuilegia Patrum illis à Summis Pontificibus concessa,  
 ob maximam utilitatem, quam Ecclesie Dei afferunt suo  
 Instituto, vt patet ex tenore eorundem Priuilegiorum, legitur  
 si Priuilegia sunt leges particulares, quomodo: quæso mode-  
 ratio alicuius partis horum priuilegioem erit lex vniuersalis. §. 20.  
 Præterea decretum istud non processit, nec per modum legis vni-  
 uersalis, nec per modum legis particularis, sed potius per  
 modum Concordiæ, & transactionis de consensu partium,  
 quia emanauit decretum præuia exhibitione facta a Patribus  
 de Concordijs iam initis, & licet decretum Sacre Congre-  
 gationis præcesserit consensum, illius tamen confirmatio ante  
 consensum non est obtenta vt ex ipso decreto apparet, & ta-  
 men decreta Congregationum in causis reuocationis priuile-  
 giorum, & alijs similibus ad formam Papam spectantibus ante ap-  
 probationem Pontificis non solent afficere. Vnde talia decre-  
 ta concipiuntur per verbum censuit, & subintelligitur semper,  
 si ita Sacrosanctissimo placuerit, vt in simili declarauit Urbanus VIII  
 in nouissimis decretis Sacre Congregationis Rituum fol. 61.

Decretum Sacre  
 Congreg.  
 emanauit per  
 modum Con-  
 cordiæ.

Non obstat responsio ab Aduersario allata num. 18. ad l. septimam  
 C. de legibus, nempe decretum Congregationis trahi ad præ-  
 terita si negocia pendencia sint cuius generis (inquit aduer-  
 sarius) causam Plebani loci Golambiz, & omnes alias esse ne-  
 mo dubitat, quia Causa Golambiz cum iam definita sit per  
 sententiam, & rem iudicatam, & per exequutoriales à Sacra  
 Rota relaxatas, non potest dici pendere; gloss. in cap. present. 17  
 ver. pendente de officio & potestate Ind. de l. in 6. Vnde decre-  
 tum Sacre Congregationis non comprehendit Causam Golambiz  
 nisi in terminis ipsius decreti hoc est Patres teneri ad solu-  
 dum ipsi Parocho, quod ante soluebant laici, & seruandam  
 esse Concordiam à Fratris Patris Alberti ipsius nomine factam.  
 Sed inquit Aduersarius num. 20. factam esse in decreto mentio-  
 nem de transactionibus, & ordinatum, vt soluantur decimæ eo-  
 modo quo soluebantur per laicos &c. ex quo colligit quod  
 decretum respicit ad præterita: quia hæc omnia præterita  
 sunt. Respondetur concedendum quod iuxta formam dicti  
 decreti: quia confirmatæ sunt transactiones præteritæ, ergo  
 de illis amplius dubitari non potest, id est de illis, quæ pen-  
 dentes sunt, non de illa Golambiz quæ iam legitime rescissa  
 est & de qua non habetur ratio, cum non sit facta ad formam  
 solutionis, quæ fiebat per laicos, sed debet haberi ratio ad  
 tran-

§. 21.

Qualiter de-  
 cretum Sacre  
 Congregatio-  
 nis non retra-  
 hatur ad præ-  
 terita.

§. 22.

Qualiter de-  
 cretum S. Co-  
 gregationis re-  
 trahatur ad  
 præterita.

transactio<sup>em</sup> factam à Patre Menczinski per suum fratrem, vendidimus, quæ cum alijs transactionibus Sacre Congregationi fuit exhibitæ. Vnde in his terminis non infirmamus decretum ad præterita trahi.

S. 23.

Argumentum Aduersarij

1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800

Urget Aduersarius ex *gloss. & cap. fin. de constitutionibus*, ubi quod Constitutiones trahuntur ad præteritum, quando Papa statuit quid iuris naturalis, vel diuini, sed decimæ sunt de iure diuino ergo quando Papa quid statuit circa illas illud decretum trahitur ad præterita; Respondetur ex hoc argumento sequeretur quod Papa non potuisset Regularibus decimas concedere, seu ipsos à decimis eximere, & quod ipsi hac exemptione vtentes, culpam & peccatum contraxissent, & totum Ius Canonicum subuerteretur.

S. 24.

Qualiter decimæ sint de iure diuino.

Vnde scire debet Aduersarius, quod decimæ sunt quidem de iure diuino *cap. Parochianus de decimis cum multis similibus*, sed nihilominus quoad personas, quæ soluere debent, & quibus solui oportet statuit determinationi Ecclesiæ: soluitur enim decima personis Ecclesiasticis ob eorum labores iuxta illud qui Altari seruit de Altari viuere debet *cap. ex his 12. q. 1.* Vnde ius decimandi nullo modo laicis potest concedi *c. per uanum 1. q. 3.* fructus tamen decimales etiam ipsi laicis concedi possunt *vt notat gloss. in d. c. per ueneris ver. laicalibus*, licet igitur decimæ sit de iure diuino; quoad personas tamen quibus, & à quibus decima soluitur dispositioni subiacet [S. Apostol. Habemus exemplum in matrimonio iuxta *gloss. d. 1. In sit. de iur. nos. & c. vers. matrimonium*, quod est de iure naturæ, quoad originem, est etiam de iure diuino, quoad prohibitionem linearum ascendentem & descendentem, ac *Collateral. in primo gradu cap. lateras d. opinioni*, & *ibi gloss. vers. diuina lege de restit. spoliar.* est de iure gentium, quia ab ipso receptum, & nihilominus quoad formam, verborum, solemnitates, quæ adhibentur & personæ canonice subijcitur iuri & ex hoc clandestina prohibentur & irritantur matrimonia, declarando personas non esse legitimas, sed inhabiles ad matrimonium contrahendum vt patet in *Cono. Trid. sess. 24. cap. 3. de reformac. matrim.*

Ita in proposito licet decimæ sit de iure naturæ seu diuino absolute loquendo, quia decimæ Deo solui dicuntur *cap. Decimas Deo 16 q. 7.* nihilominus potest Papa determinare quæ sint personæ habiles, & idoneæ quibus, vel à quibus decimæ soluantur, vt in casu nostro cum determinat Religiosos posse decimas

mas



mas recipere licet Parochi non sint, nec curam habeant ani-  
 marum, quippe qui munera obeunt Parochorum, & in Vinea  
 Domini pro Cura laborant animarum, & sic licite illis decime  
 possunt concedi, et conceduntur Parochis, & licite a solu-  
 tione extim possunt absolui, et absoluantur Parochi, ad omni-  
 Ex quo ulterius sequitur quod si exempti postea ad solutionem  
 cogantur, vel quia cessavit ratio exemptionis, vel quia ex-  
 ptio cõpinnimis esse demonstrata in terminis *cap. suggestum, de*  
*decimis, tunc non retrahitur illa obligatio, quasi non licue-*  
*rit ante a solutione cessare ob præceptum divinum de deci-*  
*mis solvendis, sed simpliciter exempti coguntur a die mode-*  
*rationis solvere, & in hoc sensu debet intelligi glossa ab Ad-*  
*versario allegata in cap. supra de Constitutionibus iuxta eandem*  
*glossam ad cap. cum in curia, sine pub. de usuris, se delegantem, ubi*  
 enim dicitur usuras reddi etiam ante illam Constitutionem ac-  
 ceptas, quia usura est crimen etiam ante illam constitutionem  
 iure divino prohibita: ex quo inferitur, sed exemptio Re-  
 gularium non erat ante decretum Sacre Congregationis pro-  
 hibita, sed imò per summos Pontifices concessa, ergo decre-  
 tum exemptioni derogans ad præterita retrahi non debet.  
 Non obstat decretum irritans in Breui Sanctissimi appositum,  
 quia ut iam diximus decreta irritantia ad principalem semper  
 reducuntur: ad positionem enim scriptum Breve confirmatorium  
 ad subiectam decreti irritantia restringitur. Unde concludi-  
 tur Breve Sanctissimi & decretum Sacre Congregationis  
 non extendi ad præterita in ipsis non expressa, & maxime ad  
 præterita non pendente, sed iam definita. non significat  
 Tertia conclusio, decretum Sacre Congregationis & Breve San-  
 ctissimi non derogant sententiis, & executorialibus Rotali-  
 bus in causa decimarum de Colombia. Unde executoriales,  
 & censuræ in illis appositæ sunt in suo robore excepto in deci-  
 mis, vel ex conventionione laicali, vel quæ soluebantur à Patri-  
 bus iuxta formam eiusdem decreti ex rationibus in secunda  
 conclusione deductis contra id, quod Adversarius adstruere  
 nititur in eius responsione ad secundam dubitationem: *24. Et seqq.*  
 Nec subsistit eius suppositio in *num. 1.* nempe decretum Rote  
 se habere prout se habet sententia nulla Iudicis inferioris à qua  
 appellatum est ad superiorem: quia sententia Rotalis, & de-  
 cretum Sacre Congregationis nullam habent inter se depen-  
 dentiam, aut contempnitatem: sententia enim Rotalis suos  
 habuit

S. 25.  
 Lex retrotra-  
 hitur quando  
 id quod per le-  
 gem prohibe-  
 tur erat etiam  
 ante legem  
 prohibicum.

S. 26.  
 Epilogus fe-  
 cundæ cõclu-  
 sionis.

S. 27.  
 Conclusio 3.

S. 28.  
 Sententia Ro-  
 talis, & decre-  
 tum Congre-  
 gationis nullam  
 habent inter se  
 depende-  
 ntiam.

dam

habuit effectus per rem iudicatam, & executoriales; nec potest amplius dici habere pendentiam; vt supra diximus, & decretum Congregationis originem habuit à synodo Provinciali non à causa Golambiæ, vt vidimus supra, nec libellus primo loco ab Aduersario euulgatus vim habet appellationis, quia transit in iudicatum, & data est executioni, ne sopita negotia iterum aperiantur non datur appellatio *l. fin. C. de fid. Instrum.* & quatenus daretur inter decem dies erat appellandū *cap. Anteriorem 2. q. 6.* & hæc non per libellum euulgatum, sed per legitimam comparitionem, vel alias seruato iuridico ordine debebat interponi, secus enim appellans reputatur pro non appellante *cap. de appellationibus in 6.* & Causa non deuotuntur *7. artic. de nulli. in. quor. ius.* & intra quod num. 50. & quatenus interposita fuisset debebat admitti, sed non fuit admissa nec erat admittenda; vt lata contra contumacem absentem, legitime citatum ad *trad. per Grat. §. si vero is qui appellauit, versunt etiam quoque post cap. ei qui 2. q. 6.* & faciunt adducta a gloss. *cap. si ceat in fine eadem* & quatenus admissa fuisset, debebat prima sententia per secundam reuocari ad *trad. per eundem Grat. §. si vers. si in eadem 2. q. 6.*

1. 2.  
 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

S. 29.  
 Responso ad  
 obiectum ad  
 uersarij.

Nec officit, quod Priuilegia Societatis fuerint in Rota canonizata, & deinde decreto Congregationis moderata, & similiter, quod Concordia Golambiæ fuerit in Rota annullata, & in decreto Congregationis fuerint Concordiæ præseruata: ex quo inserti aduersarij; quod propterea decretum Congregationis est reuocatorium sententiæ Rotalis, quia Responderetur, quod priuilegia non fuerunt per Congregationem abrogata, sed in parte tantum illis derogatum fuit, vt diximus. Vnde in materis partibus remanserunt in suo robore: similiter Concordiæ fuerunt præseruata: illæ scilicet, quæ à Patribus Sacre Congregationis fuerunt exhibitæ; non illa quæ à Sacra Rota fuerat rescissa: vnde absolute Aduersarius non est sustinendus, dum censuras &c. in executorialibus contentas adstruere nititur nõ esse timendas.

S. 30.  
 Conclusio 4.

Quarta conclusio Decretum Sacre Congregationis & Breue Apostolicum non obligat Regulares ad solquendum decimam manipularem, quam non extradebant laici antequam Terræ ad manus peruenirent Regularium contra extensionem quam facit Aduersarius num. 39. & seqq. alias sequeretur quod Regulares essent peioris conditionis quam seculares, & priuilegia eorum

eorum in ipsorum detrimentum retorquerentur contra de-  
cretum nonnumquam acceptum, quod profum ad confor-  
tium non debet uti, ad normam gl'osin in r. f'rogatum ite  
appellat' no utiam auctori' qu' p' se in rati' meli' videtur

Nec fidele quicquam reformatum Sacre Congregationis de nouo  
ad Auditorio addidit, quia si Ad clerici, ex illo t'c'ri pro  
habuissent plus, aut idem, quod consequati sunt postea per  
vltimum decretum frustra laborassent pro iplo vltimo ad ip-  
fecundo, & illud primum in Sacra Congregatione pro causa Golumbin  
produxissent. Vnde ubi Sacra Congregatio nihil aliud Episcopis  
pro Cracouia respondit quam pradia cum eorum onere ad  
regulares transire, quod certissimum, & verissimum est, nisi  
ipsi Regulares particularem haberent exemptionem etiam  
realem, prout habent Cistercienses, & Societas in omnem  
vltimum non grauat Regulares, nisi ad id quod solebant prius  
laici, v' scilicet decretum vltimum, & quatenus huiusmodi re-  
scriptum, quod est duplex responsum ad literas vnius parti-  
cularis non citata parte, & non est authenticum, nec integrum,  
nec datam habet, nec quid, quod fidei faciat, quatenus in  
quam vltimo decretum continet aliquid, illud intel-  
ligitur correctum ex vltimo decreto servat. & per modum  
Concordia, vt diximus emanato, vnde concludendum est,  
quod decretum Sacre Congregationis debet intelligi, prout  
sonat, & Regulares non teneant alios rigores, nisi ad quod  
soluebant laici, nec quicquam faciant, cuiuslibet amplissime in  
Breui apposita, quia vt diximus sunt pro executione decreti  
Sacre Congregationis, non pro illius ampliatione,  
Quisita conclusio per Decretum Sacre Congregationis, & per  
Breue confirmatorium fuerunt preseruata Concordia, & per  
transactiones inter Parochos, & regulares in ite, & saltem illa  
quae a Patribus fuerunt exhibitae, a Sede Apostolica intelligi-  
tur confirmata, quia super hoc praecise emanauit resolutio,  
& intentio Congregationis contraria, quae aduersarius adu-  
erit num. 44. & seqq. dicere enim transactiones non potuisse  
feri sine consensu Apostolico, & ideo non posse intelligi con-  
firmatae, &c. est destruere totum decretum Congregationis,  
quia sensus illius fuit huiusmodi transactiones confirmare,  
conualidare, & executioni demandare, vt patet ex illa parti-  
cula Saluis &c. & per exhibitionem ab agente praestitum, quae  
omnia si reducerentur ad ius commune, frustra laboratum  
esset.

S. 31.

Ad aliud re-  
scriptum Sa-  
cre Congrega-  
tionis.

S. 32.

Quinta Con-  
clusio.

tenem factam ab  
per contrariis post  
exhibitionem.

**S. 33.**  
Non obstat de  
cilio à Rota fa-  
cta de trans-  
actione Gol-  
ambiz.

esset, pro decreto, & pro confirmatione &c. *et loqui ni minus*  
Nec obstat, quod Patres obtinuerint per Sacram Rotam decla-  
rari nullam transactionem à Prouinciali Poloniæ cum Parocho  
Golambiz solemniter initam, quia fuerunt multe causæ illius  
nullitatis in decisionibus adductæ, & maximè prouenientes  
ex defectu ipsius Parochi, vt in eisdem decisionibus apparet,  
quæ non militant in alijs concordias, & illa concordia non fuit  
exhibita Sacræ Congregationi pro illius confirmatione cum  
alijs, sed benè concordia inita cum fratre germano P. Men-  
czinski, & est argumentum valde nouum, Rota annullauit  
vnam concordiam, ergo Congregatio annullauit omnes, quia  
decretum Congregationis, & decisiones Rotæ non fuerunt  
subordinate, nec connexæ, aut dependentes, vt vidimus, &  
concordia Golambiz fuit producta in Rota, vt annullaretur,  
transactiões autem fuerunt productæ in Congregatione, vt  
confirmarentur; Vnde sicuti annullante Rota vnam, ceteræ  
non fuerunt annullatæ, sic approbante Congregatione exhi-  
bitas, non approbauit iam annullatas.

**S. 34.**  
Sexta Conclu-  
sio.

Sexta conclusio, exequutores litterarum Apostolicarum super  
tali decreto emanatarum non sunt loci ordinarij, sed Nuncius  
Apostolicus, quia cum ipse Nuntius Apostolicus in ipsis lit-  
teris sit singulariter datus ibi. Quocirca dilecto filio nostro  
&c. per illius inclusionem excluduntur alij ex regula commu-  
ni, inclusio vnus est exclusio alterius *l. cum prætor qua est in  
terminis ff. de Iudicjs*, & tanto magis, quod ipsi Ordinarij sūt  
partes, & nemo debet esse simul Iudex, & pars *l. unica C. Ne  
quis in causa sua &c.*

**S. 35.**  
Conclusio.

Pro parte igitur Regularium debet deponi ad fauorem Paro-  
chorum, id quod antea soluebant Laici, vel id quod vigore  
transactionum antiquarum debent Patres, & instari coram  
Nuntio Apostolico pro executione decreti Sacræ Congrega-  
tionis, & litterarum Sanctissimi, prout sonant, & iuxta quod  
probatum est superius: quod si aduersarij instarent pro inter-  
pretatione dicti decreti, & litterarum iuxta interpretationes  
MarchienisKi debent nostri eorum conatui legitime se oppo-  
nere, & instare in contrarium. Illustrissimus enim Nuntius pro  
sua prudentia, & pietate dubio procul declarabit huiusmodi  
decretum, non abrogasse Priuilegia Patrum, Non retrouahi  
ad præterita, Non annullasse sententias Rorales, Non obligas-  
se Regulares, ad soluendum eas decimas, quas non soluebant  
laici

laici antequam bona ad Regulares pervenirent, confirmasse,  
infectiones cum Parochis antiquitus initas, & illius execu-  
tionem ordinarijs non demandasse, mitigasse privilegia Regu-  
larium in eo solum, quod obligavit eos ad solvendum id, quod  
soluebant laici, & ad servandum concordias cum Parochis  
antea factas, nec in vim illius cogi debere Regulares ad sol-  
vendum, quicquam de prateritis, sed teneri tantum ad solvendum  
post decretum, & quatenus opus sit ordinarijs inhibebit ne  
procedant. Quod si Illustris. D. Nuntius aliquam haberet diffi-  
cultatem eam Sacrae Congregationi indicabit, ipse enim cum  
merus sit exequutor, iudicij partes assumere non potest ad  
textum *in l. si ut proprius C. de exequutore*, & si tandem aliquod  
decreveret Illustris. D. Nuntius contra formam rescripti Sa-  
crae Congregationis appellan. est ad Sanctissimum, & peten-  
dus est recursus ad eandem Sacram Congregationem, quae  
proprium decretum sustinebit, & gravaminibus illatis remedia  
opportuna adhibebit.

Quare &c.

Ioannes Naldus.

Polona  
DECIMARVM

PRO

Patribus Soc. IESV  
& alijs Regula-  
ribus.

CONTRA

Libellum à R. Ioan-  
ne Marchieucio  
euulgatum.

---

Consultatio.

---

ROMAE, Ex Typographia  
Reu. Cam. Apost. 1647.

*Superiorum permisso.*